Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 93

Quelle:
Copyright:

nunc compendioſe recolligere et ſacri generalis concilij Conſtan. examini atque correctioni preſentare decreui &c. Ejusdem magni Viri, extat in *Append.* T. II. *Opp. Gerſonis* edit. *Amſt. col.* 903. f. *Fol.* 308. *Sermo Reuerendiſſimi p. et domini Cardinalis Cameracen. pronunciatus die omnium ſanctorum ad ſacrum Conſtan. Concilium.* In illud *Apoc.* XII. *Signum magnum apparuit in celo mulier amicta ſole* &c. Incipit: *Hec mulier que in verbis propoſitis tanquam ſignum magnum in celo apparuiſſe dicitur* &c. Et finit: *vt nobis ſue claritatis ſplendorem, ſueque caritatis ardorem infundat, quod ipſe precibus et meritis ſanctorum omnium preſtare dignetur, qui* &c. In edit. *ſupracit. Argent.* duo de eodem Feſto leguntur *Petri Sermones*, non vero hic tertius, quem proinde ineditum habeo. *Fol.* 317. p. 2. *Sermo domini Cancellarij pariſien. factus in concilio Conſtan. Die natiuitatis virginis.* In illud: *Jacob genuit Joſeph virum marie* &c. *Matth.* I. Initium: *Invocandum te deum imprimis iudicamus* &c. Extat in *cit. Gerſonis Opp.* T. III. *col.* 1345. *Fol.* 329. *Collacio facta in principio diſputationum aularium Anno &c. LVIIII. Wienne per M. Johannem alberſtorff licent.* Init: *Fragilitas humane nature quamuis ſit excelſis natalibus ſtabilita* &c. Rector Academiae praefuit *Joh.* hic *Knaber de Alberſtorf* a. 1450. Diſputationes *Aulares* feriarum ſcholaſticarum tempore habebantur. *Fol.* 357. *Sermo*, ut e calce praeocupo, *m. Beronis factus in die paraſceues ad clerum in aula ducali Wien. ſtudij.* Ejus initium: *Laceſcente ſtomacho cunctisque admodum inanitus viribus et uirtutibus de huius ſacroſancte diei mirandis profluuijs* &c. De hoc *Berone de Ludoſia* nihil comperi, niſi Decanum fuiſſe Facult. Philoſophicae a. 1446. *Fol.* 361. p. 2. *Sermo factus per eximium virum Johannem de Tittmaning ſacre theologie profeſſorem feria ſexta poſt Bartholomei ad Reuerendiſſimum in chriſto patrem et dominum dominum Sigismundum Archipreſulem inſignis eccleſie Salzburgen. nec non ſedis apoſtolice legatum natum.* In illud: *Qui ſequitur iuſtitiam diligetur a domino. Prov.* XV. Initium: *Sacrarum ſcripturarum ſeriem propenſius contemplanti duplex iuſtitie occurrit genus* &c. Itaque totus in Juſtitiae explicandis officiis inſumitur, dum ſub finem ad praeſentem rerum cardinem deflectat. Advenerat *Neoſtadium Sigismundus a Volkersdorf* Archiep. pacem inter *Fridericum* Imp. et Provinciales *Ladislaum* pupillum ab eo repetentes a. 1452. tractaturus. Rem habes ex *Aenea Silvio* et aliis apud *Hanſizium Germ. ſacr.* T. II. p. 488. Ad eum conſalutandum Univerſitas Suorum quosdam *Neoſtadium* ablegaſſe videtur oratore viro celebri et jam bis Academicis faſcibus claro *Johanne Gröſſel*, qui, quod *Tittmaningae* in ditione *Salisburgenſi* natus erat, eo acceptior *Sigismundo* futurus fore ſperabatur. Hujus igitur curas ſub finem, ut dixi, depoſcit,

et